



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXIX. Markgraf Johann befreiet zum Seelenheil seiner Eltern 9 Hufen Landes in Beyersdorf, welche Heino und Lorenz Große dem Kloster Spandow verkauft, von allen öffentlichen Abgaben, am 10. Februar ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

ita quod in festo Natiuitatis domini tria talenta, in festo pasche totidem, in festo sancti Johannis Baptistae totidem et in festo Beati Michaelis totidem perfoluantur, Protestamur etiam per presentes omnia prefati Johannis sacerdotis bona, que ad predictam tulit et vexit ecclesiam, illis dumtaxat bonis exceptis, quibus ob honorem dei suorumque peccaminum remissionem dotem eiusdem edificauit et emendauit, cum fuerit sua hereditas paterna et omnia post modum per laboricium suum et prouidenciam conquirenda sub sua esse libera potestate et nisi secundum sancti spiritus fluxum aliquid ex eis ipsis vel aliis erogauerit propter deum, ad heredes et amicos suos esse iure hereditario deuoluenta. Volumus eciam, quod predicta ecclesia in Bornem non sit ad maiorem summam sed ad triginta frusta, sicut fuit ab antiquis temporibus registrata, ut eo commodius et decentius premissa honora valeat supportare. In cuius rei euidentiam et testimonium nostrum sigillum cum sigillo nostri capituli presentibus duximus apponendum. Actum et datum Brandenburg, anno domini M^o. CCC^o. XIII^o. in die ascensionis domini.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XXIX. Markgraf Johann befreiet zum Seelenheil seiner Eltern 9 Hufen Landes in Beyerßdorf, welche Heino und Lorenz Große dem Kloster Spandow verkauft, von allen öffentlichen Abgaben, am 10. Februar 1317.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Johannes, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, omnibus christi fidelibus presencium auditoris continenciam seu uisuris, salutem et perpetuam noticiam subscriptorum. Sincerus ille deuocionis affectus, quem pre aliis religiosis ad deuotas in christo sanctimoniales in Spandowe specialiter gerimus, nos allicit et compellit, ut cristum in ipsis et eas in cristo se loco et tempore offerente, singulariter honoremus. Et ecce proprietatem nouem mansorum cum dimidio in villa Beygerstorp sitorum, quos agros erga heynonem et laurencium, fratres, dictos magnos, honorabilis vir dominus iohannes prepositus et dicte sanctimoniales suis denariis comparauerunt, Quibus et altare corporis cristi in choro monasterii ad sinistram positum dotauerunt, ab omni onere precarie, contribucionis, exactionis, vexationis, cuiuscunque nominis censeatur, et ab omni seruicio carruum et alio communi ac priuato exenimus et eximimus per presentes, nichil iuris in eis nobis vel nostris successoribus referuantes. Sed dicti nouem mansi cum dimidio ad dictum altare corporis cristi iusto proprietatis titulo libere perpetuo permanebunt. Dicti quoque dominus iohannes prepositus et eius successores, qui pro tempore fuerint, et sanctimoniales memoriam progenitorum et successorum nostrorum et precipue nostri et magnifici principis Domini Hermanni, patris nostri clare memorie, et domine Anne, inclite matris nostre, agent cottidie in uita pariter et in morte. Testes huius sunt: Nobilis vir Dominus henricus comes de luchow, Hinricus de Aluensleue, Slotheco noster dapifer, Zabellus eius frater, Buffo Gruwelhudt, cristanus de Gerhardstorp, Hinricus Scenko de Schenkendorp, Henningus de vorlandt et Buffo de Mylow milites, Dominus iohannes plebanus in gorlyz et eghardus de Bardeleue cum pluribus aliis fide dignis. Datum Spandowe, sub sigillo nostro publico. Anno domini M^o. CCC^o. septimo decimo, Die beate Scolastice Virginis.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.